

necessitas populi humana. ut intercaulis proferentur quae fieri non debent. ut
bi. gratia ut de his ipsis quae nunc habentur in manibus sacrificiis proferamus
uerbi gratia ut de his ipsis quae nunc habentur in manibus sacrificiis proferamus
exemplum. Agnus di immolari iubetur in pascha. Non quod uere agni hostiam
per singulos annos requiret & deus sed quod designat & immolari debere illum
agnum qui tollit & peccatum mundi. hoc ergo fieri uoluit illud noluit.
Sic enim per isaiam dicit quomodo multitudine sacrificiorum uestrorum
dicit dominus. plenus sum holocausta arietum & adipem agnorum & sanguinem
taurorum & hyrcorum nolo. Audistis quomodo non uult hostiam arietum
nec adipe agnorum. dedit tamen mandatum quomodo uel taurorum uel
agnorum hostia debet & offerri. sed qui legem spiritualiter intellegit haec
querit offerre. Si uero quis secundum speciem mandati carnalis obtulerit.
haec est anima uera ex populo terrae. quae peccauit non leui. faciendo unum
ab omnibus mandatis domini quod non facit & deliquit. & ideo adiungit in sub
sequentiibus. & cum notum factum fuerit illi peccatum quod peccauit. ad
ducet & in uisum suum ad ecclesiam. debet enim munus offerre animam eius
innotuerit quia deus non querit carnale sacrificium quia sacrificium deo est
spiritus contribulatus. Non enim fit ergo ei peccatum suum. cum dicitur ad
dicente misericordiam malo quam sacrificium. & cum agnouerit immo
lare sacrificium laudis in ecclesia & reddere alacris uotum sua pro
christo domino nostro cui laus & gloria in saecula seculorum amen. **EXPL. II. O.**

INCIPIT OMELIA TERTIA

Deo quod scriptum est si autem non peccauerit & audierit uocem
iuramenti. & hic testis sit aut uiderit aut confusus fuerit si non in
dicauerit & ipsa accipit & peccatum eius. & anima quecumque uergerit
omnem rem immundam aut mortuam aut a fera captam & cetera
de sacrificiis que offeruntur ab his qui per ignorantiam uel quoniam uo
luntate peccauerint sermo est. unde & in superioribus cum deponas
sacrificio dixerimus. obseruabimus non esse scriptum quia ignorauerit.
sed si quis bene meminit eorum quae dicta sunt. potest nobis dicere